

CAP. XIV.

AQUÆ STILLATITIÆ.

AQUA DESTILLATA.

AQUA destilletur vasis mundissimis,
donec ejus duo circiter trientes stilla-
verint.

AQUA CORTICIS CITRI AURANTII.

℞. Corticis Citri Aurantii recentis libras
duas.

His affundatur aquæ tantum ut cum
destillatione elicita fuerint libræ decem,
superfit quantum sufficiat ad evitandum
empyreuma. Post macerationem debi-
tam, destillentur libræ decem.

Hoc

Hoc modo parantur aquæ stillatitiæ
libræ decem, ex

CORTICIS FRUCTÛS CITRI MEDICÆ
RECENTIS libris duabus,

CORTICIS LAURI CASSIÆ librâ unâ,

CORTICIS LAURI CINNAMOMI librâ
unâ,

MENTHÆ PIPERITÆ FLORENTIS libris
tribus,

MENTHÆ PULEGII FLORENTIS libris
tribus,

FRUCTÛS MYRTI PIMENTÆ librâ di-
midia,

PETALORUM ROSÆ CENTIFOLIÆ RE-
CENTIUM libris sex.

SINGULIS harum aquarum libris adde
Alcoholis diluti unciam dimidiam.